2

LETTRES ESCRITES A NOSTRE SAINT PERE LE PAPE. ET A MONSEIGNEVR LE CARDINAL BARBERIN.

PAR MESSEIGNEVRS les Archeuesques & Euesques, Approbateurs du Liure de la Frequente Communion.

Assistentiae Galliae Soc. Jesu




A PARIS,
Chez Antoine Vitré, Imprimeur ordinaire du Roy, de la Reyne Regente Mere de sa Majesté, & du Clergé de France.

M. DC. XLIIII.
AVEC PERMISSION.

2



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO VRBANO VIII. PONTIFICI MAX.



ANCTISSIME PATER,

Antiquam ac laudabilem Maiorum nostrorum consuetudinem, qua, quæ in priuatis Ecclesijs difficiliora occurrebant, ad Apostolicam Sedem, quam omnium Ecclesiarum sollicitudo manet, per Epistolas referebant, si quod vnquam tempus renouari postulauit, hoc certè imprimis istud à nobis exigere videtur. Quamuis enim vitæ nostræ, quæ omnis tentatio est super terram, nulla pars ab Episcopali sollicitudine vacare possit, semperque, iuxta Apostoli præceptum, nobis & vniuerso gregi attendere debeamus; tunc tamen ad supremum CHRISTI *Vicarium maximè recurratur necesse est, cùm non modò obscuriora eius corporis membra, sed & illustriora quæque, atque adeò ipsum eius caput vocum alienarum profanis nouitatibus impetitur. Neque enim dissimulare possumus quod oculis & quotidianâ experientiâ compertum habemus, quædam hîc à nonnullis periculosa induci dogmata, quibus suprema* BEATITVDI-

NIS VESTRÆ *autoritas, vel ipsâ profitente, non minuitur modò, sed destruitur; Ecclesiasticæ Hierarchiæ vniuersitas, ac maximè Episcopalis Ordo labefactatur; diuinorum Sacramentorum vsus, qui sacer omnino ac salutaris esse debet, in perniciosum ac pijs omnibus deplorandum abusum sæpissimè conuertitur; deprauatis denique ac corruptis hominum moribus, blandimenta potius atque operimenta, quàm salubria remedia comparantur; vt è sententiis ex libris illorum fideliter excerptis nemini non apertum atque exploratum esse potest. Huic autem malo, cùm pro Episcopalis Charitatis munere quantùm in nobis fuit, occurrere constituimus, proteruis concionibus in autoritatem nostram insurgere; turbas concitare; atque Ecclesiasticæ potestati contumacem peruicaciam omni studio opponere ausi sunt. Et hæc quidem vis illorum, ac Christianis cordibus parum dignæ molitiones tum maximè emicuerunt, cùm Liber de Frequenti Communione, ab Antonio Arnauld Doctore Sorbonico conscriptus, sexdecim tum Episcoporum, tum Archiepiscoporum, ac suprà viginti Facultatis Parisiensis Doctorum Approbatione munitus, in lucem prodijt. Cùm enim scriptum quoddam ab vno è suis hoc in libro manifestissimis Sanctorum Patrum testimonijs reuinci æquo animo ferre nequirent, vias omnes exquirere cœperunt, quibus & iudicij nostri autoritatem infringere, & doctrinam illam infamare, & Autorem ipsius, vel potius Paternæ Traditionis Exscriptorem, in odium atque inuidiam vocare possent. Quod quàm iniquè gesserint,* SANCTISSIME PATER, *non difficilè* SANCTITATEM VESTRAM *æstimaturam confidimus, si causas quibus Librum ipsum subscriptionibus nostris comprobandum esse decreuimus, æquissimâ iudicij sui lance expen-*

derit. Primùm enim, si Autoris propositum spectetur, non suâ, sed Sanctorum Patrum voce loqui profitentis, constat eum in animo nihil aliud habuisse, aliud in ipso opere nihil præstitisse, quàm vt Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, Summorum Pontificum, ac Conciliorum perpetuam & constantem de Pœnitentia, & sacra Communione doctrinam, & Canonicam illam ac sanctissimam consuetudinem proponeret & commendaret, quæ in Ecclesia pluribus sæculis religiosissimè obseruata, posterioribus etiam temporibus expetita, laudata, & quantùm per refrigescentem hominum Charitatem licuit conseruata, atque in præcipuis eius partibus instaurata est, studio atque eximiâ pietate Summorum Pontificum, & Illustrißimorum Ecclesiæ Romanæ Cardinalium Gropperi, ac Sancti Caroli Borromæi, & Mariani Victorij Ameliæ in Italia Episcopi, quem Summi Pontifices, vt Apostolicæ Sedi addictißimum, & Ecclesiasticæ veritatis intelligentißimum, in amore semper, atque in honore habuerunt. Si verò fructus scriptionis attenditur, non obscura spes esse debuit, obseruatis ijs quæ tantâ Sanctorum Patrum consensione prolata fuerunt atque tradita, magnum fore nobis operæpretium ad corruptelas morum expurgandas, effrænatámque illam quorumlibet flagitiorum, quæ nunquam tanta fuit, licentiam, augentibus eam in dies nouitijs quibusdam casuum conscientiæ Architectis, Dei misericordiâ largiente, compescendam. Quorum libri complures, & à SANCTITATE VESTRA *æquissimâ Censurâ proscripti, & à Clero Gallicano Censuræ per omnes Prouincias promulgatæ. Accedit quòd dum paci non minùs quàm veritati consulit, Nullam legem cuiquam, nullam necessitatem imponit; Frequentißimam sacræ Eucharistiæ participationem suadet,*

non tollit, eiúsque peruersum vsum tantùm reprehendit; Absolutionem non debere semper, sed aliquando posse differri tuetur; Eandem non declarare modò remissum esse peccatum, sed & peccati remißionem operari, & gratiam conferre docet; Non id agit, vt antiqua & publica Pœnitentia redintegretur, sed eos qui aliquam eius partem, Deo impellente, æmulari voluerint, laude potiùs quàm vituperatione dignos ostendit; Veterem Pœnitentiæ agendæ consuetudinem, Pontificum, Patrum, Conciliorum autoritate firmatam, non omnibus indicit, sed solis suâ sponte Pœnitentibus proponit; Præsentem autem Ecclesiæ sine præuia Pœnitentia absoluendi morem, non modò non damnat, sed etiam, quamdiu ex Ecclesiæ mente obseruatur, à nemine sine magno errore damnari posse pronuntiat; Ipsam Ecclesiam (quæ, quia Christi Corpus est, de spiritu Christi viuit) ab ipso perpetuam in continua temporum vicißitudine vnitatem, & inuiolabilem in præscribendis tum fidei, tum morum ac disciplinæ regulis infallibilitatem trahere sponte ac vltro profitetur; Denique, vt sanctißimi Ecclesiæ Doctoris verbis vtamur, ad maiora sic excitat, vt minora non damnet. Licuit nobis, SANCTISSIME PATER, *imò libuit, in hoc pietatis argumento versantibus, eximium illum Summi Pontificis Gregorij VII. zelum æmulari, qui ne falsarum Pœnitentiarum consuetudo in Ecclesia inualesceret, Romæ, atque in Gallia Concilia haberi procurauit. Adducti etiam sumus autoritate vniuersalis Ecclesiæ, quæ supremi illius Christi Vicarij exemplo prouocata, in Concilio Oecumenico Lateranensi, sub Innocentio II. habito, Episcopos ac Presbyteros admonuit, ne falsis Pœnitentijs Laïcorum animas decipi, & in Infernum pertrahi paterentur. Quod cùm in hoc Libro egregiè præ-*

ſtitum, & ad mentem Sacroſancti Concilij Tridentini (cuius decreta quantum in nobis erat obſeruare, atque alijs obſeruanda commendare ſtuduimus) accommodatè vſurpatum videremus, è re Eccleſiæ meritò futurum confidimus, ſi noſtris eum Elogijs, vtpote Sancti Caroli, Tridentinæ Synodi fideliſſimi & certiſſimi Interpretis auctoritati ac veſtigijs inhærentem, ornaremus. Præſertim cùm pateret hac ſaluberrimâ de Confeſſione Sacramentali, & Satisfactione, ex præſcripto Tridentinorum Patrum, & antiqua ac perpetua Majorum noſtrorum Traditione, doctrinâ, non minùs Catholicam veritatem à Lutheri & Caluini erroribus, quàm Chriſtianam integritatem à vitijs ac morum deprauatione defendi; atque ideò Eccleſiæ vniuerſæ eò fore vtiliorem, quòd ei offerat ſimul vnde & filij ſanentur, & hoſtes profligentur. Neque enim quidquam Caluinianorum in Sacroſanctam Euchariſtiam blaſphemantium, animos validiùs ac ſanctiùs afficere poteſt, quàm ſi attenderint in Libro illo, quantâ animi puritate ac ſubmiſsione latentem in tremenda Hoſtia Diuinitatem omnium Patrum, Conciliorum, ac ſæculorum conſentiens pietas venerata ſit. Autorem verò idcircò libentiùs SANCTITATI VESTRÆ *commendamus, quòd illum Eccleſiaſticæ vnitatis & pacis, non minùs quàm veritatis, amantiſsimum nouerimus, déque illis omnibus, quæ ſuperiùs à nobis fideliter expreſſa & expoſita ſunt, idem ſentire nobiſcum, Opúſque ſuum, quâ decet reuerentiâ,* VESTRÆ SANCTITATIS *iudicio ſubmittere, Declaratione in eam rem ab ipſo ſponte ac vltro exhibitâ, confirmamus. His rebus adducti,* BEATISSIME PATER, SANCTITATEM VESTRAM *rogamus atque obteſtamur, ne doctrinam illam Summorum Pontificum oraculis toties*

consecratam, quam non sanam modò, sed sanandis peccatorum mentibus aptissimam, sanctâ animorum conspiratione, iudicauimus, parum æquis quorumdam iudicijs atque consilijs in destructionem trahi potiùs, quàm in ædificationem vsurpari patiatur; Eisque silentio imposito, Episcopalem simul dignitatem, à cuius contemptu ad supremæ Sedis impugnationem facilè erumpi nuperis exemplis compertum est, in eo quem accepit honore tueatur atque conseruet. Deus idem pacis custos & veritatis, SANCTITATEM VESTRAM *in illo, in quo feliciter præsidet, Throno, diutissimè Orbi Christiano, & Ecclesiæ Dei præstet incolumem.*

BEATITVDINIS VESTRÆ

Obseruantissimi & obsequentissimi Filij


✠ OCTAVIVS Archiepisc. Senonensis.
✠ HENRICVS Archiep. Burdigalensis. } *Parisijs.* 5. April. 1644.

✠ VICTOR Archiepisc. Turonensis.
✠ FRANCISCVS Episc. Ambianensis.
✠ STEPHANVS E. Dardan. N. Massiliensis.
✠ NICOLAVS Episc. Aurelianensis. } 20. April. 1644.

✠ HENRICVS Episcopus Vazatensis.
✠ PETRVS Ep. Coadj. Montalbanensis.
✠ FELIX Episc. & Comes Catalaunensis. } 5. April. 1644.

Cæterorum septem Antistitum subscriptiones expectantur.

EMINENTISSIMO
CARDINALI BARBERINO.



MINENTISSIME CARDINALIS

Sicut grauissimi negotij magnitudine compulsi sumus, vt supremam Apostolicæ Sedis autoritatem imploraremus, ita singularis EMINENTIÆ VESTRÆ *in vniuersam Ecclesiam amor facit, vt de illius concilianda nobis ope multùm confidamus. Intelliget E.V. ex litteris, quas omnium, ad quos ea res præcipuè pertinet qui tum Parisijs aderant, Episcoporum manu subscriptas ad Summum Pontificem destinamus, quarum etiam exemplar cùm priuato, tum communi Coepiscoporum nomine ad te mittimus, quæ nos causæ ad Librum de Frequenti Communione ab Antonio Arnauld Doctore Sorbonico conscriptum, suffragijs nostris muniendum impulerunt: Et, quæ illius est pietas ac sapientia, mirabitur fortasse nobiscum, in quàm, periculosa tempora deuenerimus. Eò enim mollities animorum, ac disciplinæ elanguescentis solutio processit, vt iam de vera Pœnitentia, ac sincero amore Dei loqui penè sit nefas. Hoc videlicet artificium humani generis hostis excogitauit, quo fatiscentis religionis degenerem illam laxitatem pro ipsa religione obtruderet, quasi à diuerticulis ad viam regredi, à via aberrare sit. Quod enim prædixit Apostolus, iam in multis hisce tem-*

poribus videmus impletum , sanam doctrinam non sustinent, quærunt Magistros prurientes auribus, à veritate auditum auertunt, vt ad fabulas conuertantur. *Ita alitur quorumlibet licentia flagitiorum; ita Crux Christi euacuatur; iam enim crimen ludus est; & Pœnitentia penè crimini datur. Huic igitur tanto fidelium populorum malo cùm paternis compatiamur visceribus,* CARDINALIS EMINENTISSIME, *obtestamur E. V. vt Episcopalem sollicitudinem, quam ex tot Sanctißimorum Pontificum præscripto gregibus nostris regendis ac sanandis adhibemus, Apostolicâ autoritate firmari procuret; vt intelligat Orbis vniuersus, Ecclesiam Romanam tantò alias disciplinæ zelo ac veritatis amore transcendere, quantò singularis honoris apice, ac supremæ dignitatis Principatu cæteris omnibus antecellit.*

EMINENTIÆ VESTRÆ

Obsequentißimus & addictißimus

✠ OCTAVIUS *Archiepiscopus Senonensis.*

Parisijs 5. Aprilis, 1644.

TRADVCTION DE LA *Lettre écrite au Pape.*

RES-SAINT PERE,

Si jamais il a esté necessaire de renouueller l'ancienne & loüable coustume de nos Peres, qui informoient par leurs lettres le saint Siege Apostolique des choses les plus difficiles, qui arriuoient dans leurs Eglises particulieres, sçachant que c'est à luy à qui appartient le soin general de toutes les Eglises du monde; Nous pouuons dire que c'est en ce temps que cette necessité est plus grande: Car encore qu'il n'y ait aucune partie de nostre vie, laquelle est vn perpetuel combat sur la terre, qui puisse estre exempte des soins ausquels nous oblige nostre dignité Episcopale; & que selon le precepte de l'Apostre nous deuions tousjours veiller sur nous, & sur tout nostre Troupeau; Neantmoins il n'est jamais plus besoin de recourir au souuerain Vicaire de IESVS-CHRIST, que lors que l'on blesse, par les nouueautez profanes de quelques maximes inoüies & estrangeres, non seulement les membres les moins nobles de son corps, mais aussi les plus illustres, & qu'on n'espargne pas mesme sa Teste sacrée: Ainsi nous ne pouuons luy dissimuler ce que nous voyons, & ce que nous esprouuons tous

les jours, que quelques perſonnes veulent eſtablir parmy nous des maximes dangereuſes, qui n'affoibliſſent pas ſeulement, mais qui deſtruiſent la ſupreme autorité de voſtre Sainteté, par la propre confeſſion d'elle-meſme, ſelon qu'elle l'a declaré publiquement; qui bleſſent tout le corps de la Hierarchie Eccleſiaſtique, & principalement l'Ordre Epiſcopal; qui changent tres-ſouuent l'vſage des Sacremens, qui doit eſtre touſiours tres-ſaint, & tres-ſalutaire, en vn abus pernicieux & deplorable, lequel fait gemir tous les gens de bien; & qui ne procurent pas des remedes vtiles pour purifier les mœurs des hommes deprauées & corrompuës, mais introduiſent des flatteries & des palliations auec leſquelles ils les couurent, ainſi que leurs propres maximes eſtans fidellement tirées de leurs Liures, peuuent en conuaincre tres-clairement tous les hommes.

Lors que nous auons voulu trauailler autant qu'il nous a eſté poſſible, ſelon le deuoir de la Charité Epiſcopale, pour arreſter le cours de ce mal, ils ont eu la hardieſſe de s'eſleuer contre noſtre autorité par des Sermons inſolens; d'exciter des troubles; & d'employer tout leur pouuoir pour oppoſer vne rebellion opiniaſtre à la puiſſance Eccleſiaſtique. Mais leur violence & leurs entrepriſes, peu dignes de l'eſprit du Chriſtianiſme, ont paru principalement lors que le Liure de la Frequente Communion compoſé par Me Antoine Arnauld Docteur de Sorbonne, & autoriſé par l'approbation de ſeize tant Eueſques qu'Archeueſques, & de vingt Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris, a eſté mis en lumiere:

Car n'ayans pû ſupporter auec patience que l'Eſcrit d'vn d'entr'eux fuſt refuté en ce Liure par des teſmoignages des ſaints Peres, tres-clairs & tres-conuaincans, ils ont commencé a rechercher toutes ſortes de moyens pour pouuoir ruïner l'autorité de noſtre jugement, deſcrier cette doctrine, & rendre odieux l'Auteur qui l'auoit eſcrite, ou pluſtoſt qui auoit tranſcrit la Tradition de l'Egliſe, que les Peres nous ont laiſſée.

Mais nous eſperons, Tres-ſaint Pere, que voſtre Sainteté verra facilement combien leur procedé a eſté injuſte, lors qu'elle aura peſé dans la balance ſi equitable de ſon jugement, les raiſons qui nous ont porté à approuuer ce Liure, & à le ſouſcrire.

Car premierement, ſi on regarde le deſſein de l'Auteur, qui declare qu'il ne parle pas par ſa propre bouche, mais par celle des ſaints Peres, il eſt certain qu'il n'a eu autre intention dans l'eſprit, & qu'il n'a fait autre choſe dans ſon Liure, que de propoſer, & de loüer la doctrine perpetuelle & conſtante des ſaints Docteurs de l'Egliſe, des Papes, & des Conciles touchant la Penitence & l'Euchariſtie, & cette couſtume Canonique & tres-ſainte qui a eſté ſi religieuſement obſeruée dans l'Egliſe durant pluſieurs ſiecles; qui a eſté encore deſirée & loüée dans ces derniers temps; qui a eſté conſeruée, autant que le refroidiſſement de la Charité des hommes le pouuoit permettre, & reſtablie en ſes principales parties par le ſoin & la pieté ſi recommandable des Papes & des plus illuſtres Cardinaux de l'Egliſe Romaine, du Cardinal Gropperus, & de ſaint Charles Borromée, & auſſi

de Marianus Victorius Euesque d'Amelia en Italie, que les Papes ont tousiours honoré de leur amitié & de leur estime, comme tres-affectionné au saint Siege, & tres-intelligent dans les veritez de l'Eglise.

Que si on considere quel fruit on peut attendre de cét ouurage, nous auons eu tout sujet d'esperer, qu'en suiuant cette doctrine de la Tradition que les Saints Peres, animez du mesme esprit & s'accordans si parfaitement ensemble, ont expliquée dans leurs Liures, nous en pourrions tirer de grands auantages pour arrester, auec le secours de la misericorde de Dieu, le desbordement des mœurs corrompües, & de cette licence effrenée de toutes sortes de vices qui ne fut iamais si grande, & qui s'augmente de iour en iour par les nouuelles inuentions de quelques Auteurs de cas de conscience, desquels vostre Sainteté a condamné plusieurs Liures par vne Censure tres-juste & tres-equitable, & dont les Censures ont esté publiées par le Clergé de France dans toutes les Prouinces de ce Royaume.

Mais nous auons encore consideré, que ce Docteur n'ayant pas moins de soin d'entretenir la paix, que de defendre la verité, il n'impose point de loy ny de necessité à personne: Non seulement il ne combat pas la participation tres-frequente de la saincte Eucharistie; mais il y exhorte les Fidelles, & n'en reprend que le mauuais vsage: Il soustient qu'on peut quelquesfois differer l'Absolution; mais non pas qu'on la doiue differer tousiours: Il enseigne qu'elle ne declare pas seulement que le peché est remis; mais qu'elle opere aussi la remission du peché, & qu'elle confere la grace: Son dessein n'est pas de restablir la Peni-

tence ancienne & publique ; mais il montre que ceux qui se portent volontairement, auec la grace de Dieu, a en prattiquer quelque partie, sont plus dignes de loüange que de blasme. Il ne prescrit pas pour loy à tout le monde l'ancienne coustume de faire Penitence, qui est establie par l'autorité des Papes, des Peres, & des Conciles ; mais il la propose aux seuls Penitens volontaires : Il est si esloigné de condamner la coustume presente de l'Eglise de donner l'Absolution auant l'accomplissement de la Penitence, qu'il declare au contraire en termes formels, que ce seroit vne grande erreur de la condamner, tant qu'on l'obseruera selon l'esprit & l'intention de l'Eglise : Il proteste du fonds de son cœur, que l'Eglise, laquelle vit de l'esprit de IESVS-CHRIST parce qu'elle est le corps de IESVS-CHRIST mesme, tire de luy sa perpetuelle vnité dans la continuelle reuolution des temps, & son infallibilité inuiolable dans les regles qu'elle establit tant pour ce qui regarde la foy, que pour ce qui concerne les mœurs & la discipline : Et enfin, pour vser des termes d'vn saint Docteur de l'Eglise, il exhorte tellement aux plus grandes choses, qu'il ne condamne pas celles qui sont moindres.

Nous auons creu aussi, TRES-SAINT PERE, que dans cette affaire qui touche la pieté Chrestienne nous deuions imiter le zele si louable du Pape Gregoire septiesme, qui prit soin de faire assembler des Conciles à Rome & en France pour empescher que la coustume des fausses penitences ne se glissast dans toute l'Eglise : Et nous y auons encore esté portez par l'autorité de l Eglise vniuerselle, laquelle ayant

eſté excitée par l'exemple de ce ſouuerain Vicaire de IESVS-CHRIST, aduertit les Eueſques & les Preſtres dans le Concile Oecumenique de Latran, tenu ſous le Pape Innocent ſecond, de ne pas ſouffrir que les ames des Laïques ſoient trompées, & en ſuitte entraiſnées dans l'Enfer par de fauſſes Penitences. Et ayans veu que cét Auteur trauailloit excellemment dans ſon Liure pour empeſcher ce funeſte effet, & que ſa doctrine eſtoit conforme à l'eſprit du ſaint Concile de Trente (dont nous auons deſiré auec paſſion d'obſeruer les decrets en tout ce qui nous eſtoit poſſible, & de recommander aux autres de les obſeruer); nous auons creu, auec autant de raiſon que de confiance, que nous rendrions ſeruice à l'Egliſe, ſi nous releuions ſon Liure par l'eſclat de nos Approbations & de nos Eloges, comme eſtant attaché à l'autorité, & marchant ſur les traces de Saint Charles, qui a eſté l'interprete le plus certain & le plus fidelle du ſaint Concile de Trente.

Nous auons auſſi conſideré, que cette doctrine tres-ſalutaire, qui traitte de la Confeſſion ſacramentelle, & de la Satisfaction ſuiuant les Decrets de ce ſaint Concile & la Tradition ancienne & perpetuelle de nos Peres, ne defend pas moins la verité Catholique contre les erreurs de Luther & de Caluin, que l'innocence & la pureté Chreſtienne contre les vices & la corruption des mœurs; & qu'ainſi ſon Liure ſeroit d'autant plus vtile à toute l'Egliſe, qu'il luy offre tout enſemble des remedes pour guerir ſes enfans, & des armes pour vaincre ſes ennemis: Car il n'y a rien qui puiſſe faire vne impreſſion ſi puiſſante & ſi ſainte dans

l'eſprit des Caluiniſtes, qui deshonorent par leurs blaſphemes la tres-adorable Euchariſtie, que lors qu'ils conſidereront auec attention cette pureté de cœur & cette humilité profonde, auec leſquelles la pieté des Chreſtiens a touſiours reueré la Diuinité renfermée dans cette Hoſtie redoutable de nos Autels, & qui eſt autoriſée par le conſentement de tous les Peres, par les Decrets de tous les Conciles, & par la pratique de tous les ſiecles.

Et quant à l'Auteur de cét Ouurage, nous le recommandons dautant plus volontiers à VOSTRE SAINTETE', que nous ſçauons qu'il n'a pas vne affection moins ardente pour l'vnité & pour la paix de l'Egliſe, que pour la verité; que nous l'aſſeurons qu'il a le meſme ſentiment que nous dans tout ce que nous auons exprimé & expoſé fidellement en cette Lettre; & qu'il a ſouſmis ſon Ouurage au iugement de VOSTRE SAINTETE' auec la reuerence qu'il luy doit, par vne Declaration qu'il a donnée volontairement, & de luy-meſme.

Toutes ces raiſons, TRES-SAINT PERE, nous portent à ſupplier & à conjurer VOSTRE SAINTETE', de ne pas ſouffrir, que cette Doctrine tant de fois conſacrée par les oracles des Papes, & que nous auons jugée par vne ſainte vnion d'eſprits & de cœurs, n'eſtre pas ſeulement ſaine, mais tres-propre pour rendre la ſanté aux ames des Pecheurs qui ſont malades, ſoit combatuë par les iugemens & les entrepriſes peu equitables de quelques-vns; & qu'on la deſcrie publiquement, comme ſi elle tendoit à deſtruire, au lieu de s'en ſeruir pour edifier. Nous ſup-

plions tres-humblement VOSTRE SAINTETÉ d'imposer silence à ces personnes, & de maintenir dautant plus l'honneur de la dignité Episcopale, que les exemples de nos jours ont fait voir à tout le monde, qu'il est aysé de passer du mespris de l'autorité dés Euesques, au violement de la reuerence deuë au saint Siege Apostolique. Nous prions Dieu, qui est le protecteur de la paix, aussi bien que de la verité, d'adjouster encore, pour le bien de tous les fidelles & de l'Eglise, plusieurs années à la vie de VOSTRE SAINTETÉ; & de la conseruer long-temps dans le Throsne, où elle preside heureusement sur toutes les parties du monde Chrestien & Catholique.

DE VOSTRE SAINTETÉ

Les tres-humbles & tres-obeïssans fils

✠ OCTAVE Archeuesque de Sens.
✠ HENRY Archeuesque de Bourdeaux. } *A Paris*, 5. Auril, 1644.

✠ VICTOR Archeuesque de Tours.
✠ FRANÇOIS Euesque d'Amyens.
✠ ESTIENNE E. de Dardanie, nommé à l'Eueschè de Marseille.
✠ NICOLAS Euesque d'Orleans. } 20. Auril, 1644.

✠ HENRY Euesque de Bazas.
✠ PIERRE E. Coadj. de Montauban.
✠ FELIX Euesque & Comte de Chaalons. } 5. Auril, 1644.

On attend les autres signatures de Messeigneurs les Prelats Approbateurs, qui sont en leurs Dioceses, esloignez de Paris.



TRADVCTION DE LA LETTRE ESCRITE A MONSEIGNEVR L'EMINENTISSIME CARDINAL BARBERIN.

ONSEIGNEVR,

L'affection ſi particuliere, auec laquelle voſtre Eminence ſe porte à tout ce qui regarde le bien de l'Egliſe, nous fait eſperer, qu'ayant eu recours à l'autorité ſupreme du ſaint Siege dans vne affaire de tres-grande importance, vous nous aſſiſterez volontiers de vos bons offices aupres de SA SAINTETÉ, pour nous l'a rendre encore plus fauorable. La Lettre que nous luy auons eſcrite, dont i'enuoye vne copie à voſtre Eminence au nom de tous mes Confreres, & qui a eſté ſignée par les Eueſques leſquels ſe ſont trouuez à Paris, & ſont intereſſez particulierement dans cette cauſe, fera connoiſtre à V. E. les raiſons qui nous ont porté à autoriſer par nos Approbations le Liure de la Frequente Communion, composé par Me Antoine Arnauld Docteur de Sorbonne: Et peut-eſtre que la pieté & la ſageſſe de voſtre Eminence ne luy cauſeront pas vn moindre eſtonnement qu'eſt le noſtre, lors qu'elle conſiderera dans

quel perilleux temps nous nous trouuons reduits: Car la mollesse des esprits, & l'affoiblissement de la Discipline toute languissante a passé iusqu'à vn tel excez, qu'il n'est presque plus permis de parler, ny de la veritable Penitence, ny du sincere amour de Dieu. C'est l'artifice, dont se sert aujourd'huy l'ennemy du genre humain, qui veut faire passer ce relaschement de la pieté abastardie, pour la pieté veritable, comme si c'estoit s'esgarer du droit chemin, que de quitter son esgarement pour rentrer dans le droit chemin. Ainsi nous voyons que la parole de l'Apostre est des-ja accomplie dans vne grande partie des hommes; *Ils ne peuuent plus souffrir la saine doctrine; ils cherchent des Conducteurs qui les flattent, & bouchent leurs oreilles à la Verité, pour les ouurir aux fictions & aux fables.* C'est ainsi qu'on entretient la licence de toutes sortes de vices, & qu'on aneantit la Croix de IESVS CHRIST. Car il est vray de dire, que maintenant on fait vn jeu des plus grands crimes, & qu'on fait presque vn crime de la Penitence. C'est pourquoy, Monseigneur, nostre charité paternelle pour les enfans de l'Eglise nous rendant sensibles à vn si grand mal, nous conjurons V. E. de porter SA SAINTETE' à appuyer par son autorité Apostolique, le soin si necessaire que nous employons comme Euesques, pour la conduitte & la guerison de nos peuples, selon les regles que nous en ont prescrites tant de saints Papes; afin que toute la Terre reconnoisse, que l'Eglise de Rome surpasse autant les autres par son zele pour la discipli-

ne, & par ſon amour pour la verité, comme elle eſt eſleuée au deſſus de toutes par ce comble de Grandeur qui luy eſt propre, & par la preeminence de ſa dignité ſupreme.

DE VOSTRE EMINENCE,

Le tres-humble & tres-obeyſſant ſeruiteur,

✝ OCTAVE Archeueſque de Sens.

De Paris, ce 5. Auril, 1644.